Universitätsbibliothek Paderborn

# Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1648

Liber Tertivs. De Regno Maioris Britanniae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13147

# LIBER TERTIVS.

## *De Regno Maioris Britanniæ.*

HOc nomine continetur quidquid Regionis à Iacobo filio Mariæ Stuartiæ, in vnum Imperium coniunctum eſt, qui quoniam hæreditario iure duo Regna poſſidebat Anglicum & Scoticum, quæ duo occupant inſulam dictam olim magnam Britanniam, volebat ditionem ſuam Regnum maioris Britanniæ nuncupari, ſed Angli reclamauere, ne nomen ſuum expungeretur ex Tabulis publicis, licèt vicini Principes hoc nomen libenter vſurparint. Eis adiungitur quoque Hiberniæ Regnum, de quibus Regnis pauca de more prænotanda ſunt.

## CAPVT PRIMVM.

### *Anglia.*

DE eâ quinque quærenda, & excutienda incumbunt, antequam rem Geographicam aggrediamur.

### §. 1. *Nomen Angliæ.*

Dicta eſt ab *Anglis* Germaniæ populis, qui cum *Iuttis*, atque *Saxonibus* à Vortigerne Britanniæ Rege euocati ſunt, cùm Romani ſub Valentiniano Iuniore, exinde legiones ſuas in Galliæ tutelam euocaſſent. Et ij quidem fortiter retudere Pictos & Scotos, ſed paulò pòſt, in hoſpites ſuos arma conuerterunt, eóſque in Valliam compulerunt. Tum inter ſe Britanniam partiti vocarunt *Saxoniam tranſmarinam* vſque ad Egbertum, qui ſub Carolo Magno militarat. Hic enim cùm à Saxonibus Occiduis electus fuiſſet in Regem reliqua regna in ſuam redegit poteſtatem; ſed vt victis Anglis mollius iugum imponeret, voluit vt tota Regio tam victrix quàm victa *Englelond* appellaretur, vnde nomen *Angliæ* toti Regno impoſitum eſt.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## §. 2. *Quantitas Angliæ.*

*Longitudo* eius excurrit à Promontorio Vinternonio, *Vintern* in Nortfolciâ, ad Bellerium, *la pointe de Cornoaille*, quæ diſtantia reuocata ad maiorem circulum reddit 400. M. P. Geometricorum, hoc eſt Anglicas communes circiter 317.

*Latitudo* à Prom. Dartio *Dart* ad Baruicum *Baruuic* Scotiæ limitem, ac proinde excurrit ad 350. M. P. ſeu Anglicas communes circiter 300.

De *Circuitu* non eſt facile ſtatuere, ob crebra æſtuaria, quibus lancinatur. De eo tamen ſi pingui mineruâ loqui voles, aſſignabis ei præter propter 800. M. P.

## §. 3. *Qualitas Angliæ.*

Tota Regio humidior eſt, quare hyeme minus frigida, humore retundente frigus. In eâ vigeſimo primo quoque anno peſtilentia deſæuit, ob æſtum altiorem ſeptimi cuiuſque anni, qui poſt tertium ſeptennium longè maximus eſt. Tum enim diutiùs ſtagnantes aquæ computreſcunt, & peſtem certiſſimam inducunt.

Vexantur etiam indigenæ à Coturnicibus ſegetes effodientibus.

Lupis caret Anglia, non ex Regionis naturâ, ſed nobilium curâ, & venationibus: ſed potiſſimùm quia aliàs ſcelerati, lupi capite, pœnam capitis redimere iuſſi, eos exterminarunt.

Oues econtrà hîc plurimæ, velleris exquiſitiſſimi, ſed caro minus ſapida, quàm Gallicarum.

Equi denique velociſſimi hinc accerſuntur Tolutarij vulgò *Guilledins* omnes caſtrati: non quòd Rex timeat ne ex iis proles ſuſcipiatur, ſed quia integri ſegnes ſunt, aut minus expediti.

## §. 4. *Lingua Anglorum.*

Germanica lingua vulgò *God* tria continet præcipua idiomata, ſeu primas Dialectos Teutonicam, Saxonicam, & Danicam, quæ iterum in ſecundarias dialectos diuiduntur, vt antè præ-

monuimus; Saxonica iterum diſtinguitur in Saxonicam propriè dictam, quâ Germanici Saxones vtuntur, Anglicam, & Scoticam. Anglica corrupta eſt additis aliquot vocibus Britannicis, imò & aliquot Francicis, ex quo Nortmanni in eâ inſulâ rerum potiti ſunt.

## §. 5. *Mores Anglorum.*

MVLIERES hîc paulò liberiores eſſe dicuntur, & nihilominus caſtæ. Viri bellatores optimi, olim ſagittarij nunc fiſtulatores certiſſimi, periculorum ad furorem vſque contemptores. Si tamen cibaria deſint, nihil illis mollius. Naucleri experientiſſimi, & Turcis ipſis formidabiles, ideóque *Tyranni maris* appellantur. Apud eos parum durant bella ciuilia, quoniam illicò deuictæ partis Dux cæditur. In bellis contra exteros vbi de ſummâ rerum agitur vexillum explicant quod vulgò Standartum vocant *l'Eſtendart*: Eſt autem Standartum currus in quo malus ſummæ altitudinis in cuius apice crux ex cuius brachiis vexillum volitat. Nobiles ferè in agris degunt. Apud eos omnia bona primo-genito cedunt, cæteris amor fratris, & gratia relinquitur. Puerorum nobilium tutela ex Rege pendet, quæ vulgò alicui Aulico gratioſo committitur, qui pupillo malignè neceſſaria ſuppeditat Latrones hîc, & Graſſatores rarò in vitam deſæuiunt. Domini in ſeruos acerbiſſimi creduntur Angli. Cætera quæ de iis ſparguntur, conuicia potiùs cenſenda ſunt, quàm morum obſeruationes.

## §. 6. *Politia Anglorum.*

VIX Angli Saxones ex ciuilibus bellis emerſerant, cùm à Danis piratis Regio miſerandum in modum deformata eſt. Porrò hi Dani aliquando victi, aliquando victores has prouincias vexauere vſque ad Eduardum Confeſſorem, ſub quo ſumma tranquillitas parta eſt. Sed cùm hic ſine liberis mortuus eſſet, multis hæreditatem prenſantibus, vnâ victoriâ Guilielmus Nothus Nortmannorum Dux, cognomento Conqueſtor, hoc ſibi regnum peperit, & ad ſuos in hanc vſque diem tranſmiſit.

Porrò ſtatus hic videtur eſſe ex Monarchico, & Ariſtocratico temperatus. Multum enim hîc poteſt Pananglium *le Parlement*, &

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſine eo Rex parùm, aut nihil poteſt. Regem ſuum *King* vocant, primogenitum eius *Principem* antonomaſticωs, vel *Principem Valliæ*. Sequuntur Nobiles quorum aliqui Maiores, alij Minores. A maioribus, magni fit equeſter ordo Periſcelidis, *de la Iartiere*: de cuius ortu multa fabuloſè iactantur. Poſt nobiles ſequuntur Generoſi, vulgò *Gentlemens*: hos excipiunt ciues meliùs municipes, *les Bourgeois*. Deinde plebeij, vnde ſuos aliàs Sagittarios legebant. Denique opifices. De Anglorum Tribunalibus legatur Camdenus in ſuâ Britanniâ.

## CAPVT II.

### *Vallia.*

LICET hæc iam vnita ſit Angliæ, de ea tamen aliqua ſcitu digna notanda ſunt.

### §. 1. *Nomen Valliæ.*

CAMBRIAM aliter vocabant olim eam ſcriptores rerum Britannicarum à Cambro quodam Bruti filio. Et id quidem fabuloſum, ſed falſum etiam quod Angli à Cymbris hoc nomen deductum eſſe volunt. Cùm autem Angli Imperium huius inſulæ ſibi vindicaſſent, & infelices Britannos in partem occiduam inſulæ compegiſſent, eos appellauere *Vvalik*, hoc eſt linguâ Saxonicâ *exteros*. Niſi malis eos nuncupaſſe Gallos, quoniam eos à Gallis oriundos putabant, quoniam videbant illis eſſe linguâ conſonos.

### §. 2. *Quantitas Valliæ.*

*Longitudo* cùm protendebatur ad Sabrinam, complectebatur 137. M. paſ. videlicet à Prom. *S. Deuij* ad diuertigium Orientale *Sabrinæ*, in præſentia autem vix ad 100. M. P. maxima eius longitudo Geographica pertinet.

*Latitudo* eadem quæ olim nempe ab inſula S. Baruchi, *S. Barry*, ad Promontorium Boreale Monæ *Angleſei*, 137. M. P.

§. 3.

## §. 3. *Qualitas Valliæ.*

PARS eius Borealis ſi Monam excipias paulò ſterilior eſt quæ ferè tota in montes aſſurgit, in quibuſdam tamen locis fertilis redditur, abraſo ceſpite atque combuſto. Incolæ ſeſe facilè tutantur, quoniam vallibus multis fracta regio, Montes adeò vicini vt ex eorum vertice paſtores colloquantur, nec tamen niſi totâ die ab vnâ crepidine ad aliam perueniant. Equos alebat antea celebres, nunc paucos omninò emittit.

Auſtralis pars fertiliſſima; laudantur eius canes pecoris, villarúmque cuſtodes. Hinc oriundus Merlinus vates; itémque Arturius, in fabulis nominatiſſimi. Giraldus quoque ſæpe laudatus à nobis, ab hac Regione Cambrenſis dictus eſt.

## §. 4. *Mores Vallorum.*

DE Vallorum moribus legantur Giraldus, Camdenus, & Speda, ex quibus pauca hæc decerpſimus.

1. Eorum curam vnam fuiſſe habere arma terſiſſima, equos bellatores vegetos & fortes.

2. Diſertiſſimos naturâ extitiſſe.

3. In nuptiis de ſplendore familiæ fuiſſe ſollicitos, de diuitiis nullo modo.

4. Apud eos fuiſſe turpiſſimum dentes habere nigros, ideóque illos identidem terſiſſe.

5. Muſica inſtrumenta magno hîc fuiſſe in precio, potiſſimum apud Virgines.

6. Temperantes ſupra modum extitiſſe: de die nonniſi ſemel ſumpſiſſe cibum, idque ſub veſperam; iuncos eis culcitram, & ſtragula ſuffeciſſe.

7. Viros aluiſſe barbam in ſuperiore labro, reliquam raſiſſe.

Et hos quidem fuiſſe ritus conſtat veterum Vallorum. Ex quo autem paruerunt Anglis, dominorum induere mores. Hos tamen adhuc retinent. Magni faciunt natales ſuos, & familiæ ſplendorem in pannis iactitant. Literis addictiſſimi ſunt, pluréſque ex hâc vnâ gente doctores creantur, quàm ex reliquâ Angliâ. Cæterùm litibus intricandis, & expediendis habentur aptiſſimi.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

### §. 5. *Politia Valliæ.*

In ea partem inſulæ compacti ſeſe tutati ſunt fortiter Britanni, & plerumque Anglos malè mulctarunt: adeò vt Offa Rex Merciorum eos à ſuis finibus prohibere coactus fuerit Vallo, cuius veſtigia etiamnum videntur, & dicuntur vulgò *Claud-Offa*, hoc eſt *Foſſa Offæ*.

Remanſere ergo Valli ſui iuris ſub Regibus ſuis, atque Principibus vſque ad Henricum III. Angliæ Regem, cuius filius Eduardus primus *Valliæ Princeps* nominatus eſt. Eius enim auſpiciis bellum Vallicum profligatum eſt, cæſo Vallorum Principe Leolino, & hæc Regio Angliæ contributa; ita tamen vt ſeruaret leges ſuas, quæ demum regnante Elizabeta abrogatæ ſunt, & earum loco Anglicæ ſubrogatæ, ita poſtulante Pananglio, cùm iam ſub Henrico VIII. Monumethenſis Comitatus à Vallia reuulſus eſſet, & Anglicis ditionibus annumeratus.

### §. 6. *Lingua Vallorum.*

Lingva antiqua Britannica, in tres diſſipata regiones Valliam, Cumbriam, Cornubiam, in duabus poſtremis ægrè conſtitit, in Vallia perdurat, & conſiſtet niſi per Anglos ſteterit qui eam exterminare moliuntur.

## CAPVT III.

## *Scotia.*

De hoc Regno ſex quoque conſideranda offeruntur; Nomen, Quantitas, Qualitas, Lingua, Mores, Politia.

### §. 1. *Nomen Scotiæ.*

Nvgantvr qui hoc nomen deducunt à filiâ Pharaonis, aut à Græco *Σκότιοι* quod ex furto concepti ſint, aut voce Saxonicâ *Scot* quæ aceruum ſonat, quod ex multis populis concreti ſint: Nam ita dicti ſunt à voce *Scutten* quæ *Scytham* ſignificat, quia mo-

ribus & origine Scythæ erant. Vnde in verſione Anglicâ Oroſij per Regem Afredum, ſemper pro Scotis legitur *Scythan*, quoniam voces illæ omonymæ. Dicta eſt item *Alban* & *Albain*, non ab Albano illo filio Bruti fabuloſi, ſed quaſi *Allabany* voce antiquâ Scoticâ, hoc eſt, altera Hibernia, ob rationem infrà proponendam, cap. 4 §. 1.

### §. 2. *Quantitas Scotiæ.*

*Latitudo* eius deſumitur ab vrbe Leucopibia *Vvithern*, ad Promontorium Orcada *Torſuti*, ac proinde excurrit ad 220. M. P. hoc eſt ferè centum Leucas Scoticas.

*Longitudo* autem, ſecluſis inſulis, ducitur ex Promontorio *Bucquay-neſſe* ad *Ardemouth-Head*; quæ diſtantia ad maiorem circulum reuocata dat 200. P. M. ſeu circiter 90. Leucas Scoticas.

De *Circuitu* nihil ſtatui poteſt, ob creberrima æſtuaria.

### §. 3. *Qualitas Scotiæ.*

Regio tota frigidior, frigus tamen vaporibus exiſtentibus ab æſtuariis, atque paludibus infringitur. Hîc naſcitur nobile hordeum ex quo ceruiſia coquitur paris cum vino acrimoniæ. Lupi hîc ferociſſimi, & niſi obſtarent generoſi canes tota regio periclitaretur. Ceruos innumeros alit, quorum audio in vnâ venatione publicâ nobilium 1000. vel 1500. iugulari. In ſyluâ Caledoniâ Boues Sylueſtres candidi, leonum inſtar, iubati; ſed omninò iam pauci, ob crebras nobilium venationes. Habent hoc ſingulare quod nunquam attingunt herbam quam homo tractarit, aut calcauerit.

Dat hæc Regio ferrum, plumbum, ſulphur, argentum, lazurum, lanam exquiſitiſſimam: imò etiam electrum, ſeu ſuccinum in grandioribus maſſis ad partem Orientalem collectum.

### §. 4. *Lingua Scotorum.*

Hic duplex lingua, *alia* eorum qui degunt in cultioribus locis, hæcque dialectus Saxonica eſt de quâ diximus in Anglia: *altera* eſt Scotorum ſylueſtrium qui degunt in montibus, hæcque Hi-

bernica planè, eóque creditur à primis Scotis delata, de quâ poſtea agemus in Hiberniâ.

## §. 5. *Mores Scotorum.*

Pavca hæc ex Boethij obſeruationibus decerpſimus.

*Victus.* Carnes ſemicoctas comedunt, aiunt enim in iis plus eſſe ſucci. Maſſam ex farinâ, butyro, caſeo conflatam, duratámque ferebant ad bellum, quam ſubinde lingebant. Helluones apud eos aquis ſubmergebantur. Quæ mulier infantem ſuum alere non poſſet adulterij incurrebat notam.

*Potus.* In caſtris tantùm licebat iis aquam bibere. Domi potionis genus conficiebant, quod aquam viuam nuncupabant, ex thymo, mentâ, aniſo, herbiſque patriis eliquatis.

*Veſtes.* Semper capite nudo incedebant, quare apud eos nemo caluus: nudis ferè pedibus ambulabant; ſi calceos induerent, eos madefaciebant: lectum eis præbebat ſcamnum, aut pauimentum. Chlamydem tantùm hyeme adhibebant, eámque adſtrictiorem.

*Bellum.* Omnia ſuis humeris ad bellum portabant. Arma erant galea, lorica, clypeus ex ferro, aut corio: poſtremis temporibus & ſclopus, quo vt & gladio ſi quis carere deprehendebatur, loris cædebatur. Nobiliſſimi primi in acie ſtabant, ſi quis ſe ſubduxiſſet è caſtris à quouis impunè necabatur. Diſſipabantur facilè, ſicut & facilè reuocabantur ad ſigna. Nihil ex inſidiis, omnia aperto marte gerebant. Mulier niſi ferret vterum, maritum ad caſtra ſequebatur.

Et hæc quidem de antiquis Scotis; nam ex Gallorum & Anglorum commercio, iam politiores effecti ſunt.

## §. 6. *Politia Scotorum.*

In Scotiam appulere Scythæ, quidquid refragentur Scaliger, & Buchananus, fruſtra hunc Senecæ verſum diſtorquentes,

*Et cæruleos Scotobrigantas,*

vbi vulgò legitur *Scuta Brigantas*. Sed vnde venerunt illi Scythæ? Aliqui illos accerſunt ex Hiſpaniâ, vnde expulſos aiunt per Conſtantinum Magnum, idque ex Alphonſi Chronico conantur erue-

re. Alij ex Gothiâ, quæ tum Scythia dicebatur, vt colligitur ex lib. 2. Procopij, de bello Goth. Quidquid ſit Hiberniam primò ſubierunt: exinde tranſierunt in partem Septentrionalem Britanniæ, vbi iuncti Pictis grauiſſima bella geſſere cum Romanis, & Britannis cultioribus. Picti autem videntur indigenæ fuiſſe, & hoc accepiſſe nomen à corporibus *Pictis Glaſto*, quod eruditè Camdenus probat. Hi autem Picti occupabant partem Meridionalem præſentis Scotiæ, cùm Scoti Borealem incolerent. Sed cùm Scotorum copiæ ſubinde nouæ ex Hiberniâ tranſmitterent, tandem exterminati ſunt Picti regnante apud eos Kenneto filio Alpini.

Dicuntur autem Scoti ſemper paruiſſe Regibus ſuis, qui à Ferguſio I. ad Iacobum Mariæ Stuartiæ filium CVII. à Buchanano numerantur. Regnum ad primogenitum Regis demortui deuoluitur, qui dicitur *Roſayæ Dux*. Rex magni aliquid gerere nequit inconſulto *Panſcotio*, ſeu *Parlamento*. Tutelam ipſe gerit Nobilium, filiorum ad annum 21. filiarum ad 14. & tum eorum bona fiſco addicuntur, quod tutelæ genus *Vardam* vocant, nos *la garde noble*. *Panſcotium* autem conſtat ex *Eccleſiaſticis*, hoc eſt Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus; *Dominis temporalibus* ſcilicet, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Vice-Comitibus, & Baronibus; denique ex *delegatis ciuitatum*. Vnicum hîc iuſtitiæ forum, vulgò *The-Seſſion*.

## CAPVT IV.

### *Hibernia.*

EADEM quoque hîc, quæ in Scotiâ conſideranda ſunt.

### §. 1. *Nomen Hiberniæ.*

EAM Britanni *Yuerdon* appellant, Angli *Ireland*, indigenæ *Erin*: Apud Poëtas Hibernicos & fabuloſos hiſtoriarum ſcriptores *Banny* dicitur, vnde facta vox *Allabanny*, *altera Hibernia*, quod nomen conceſſum eſſe Scotiæ ſuprà vidimus. Quod autem *Zephyri Regnum* eam Giraldus dixit, poëticè locutus eſt.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## §. 2. *Quantitas Hiberniæ.*

Non conſentiunt inter ſe Giraldus, & Camdenus, de eius extenſione, & vterque forſitan aberrat à vero.

*Latitudo Geographica* ſumitur ab extremâ inſulâ *Malin* in Septentrione ad Prom. *Miſſen*, continétque 260. Millia Paſ. ſeu Leucas Hibernicas 195. circiter.

*Longitudo Geographica* duci debet à Promontorio *Karne* in Vexfordiâ ad portum ſeu Prom. *Feriteri* in Deſmoniâ, quæ diſtantia ad maiorem circulum reuocata dat 190. millia Paſſuum, hoc eſt, præter propter Hibernicas Leucas 142.

Addidi hanc vocem, *Geographica*, quia contrario modo ſumi poteſt longitudo & latitudo, videlicet pro parte extenſiore, & contractiore.

De *Circuitu* nihil ſtatui poteſt, ob crebra æſtuaria quibus hæc inſula ſuffoditur.

## §. 3. *Qualitas Hiberniæ.*

Tota Regio humidior, vbique fontibus ſcatens, ideóque minus frigida ob vapores. Hæc autem humiditas efficit, vt indigenæ expediti ſint ob neruorum mollitiem.

Regio eſt lini imprimis ferax, itémque lanæ, quæ bis in anno pecori demitur. Dat etiam equos nobiles tolutarios, quos Angli vocant *Hobies*, ſed extra Hiberniam, & Angliam vix durant, quoniam vngulæ mollioris ſunt. Sufficit & canes Anglicis maiores & fortiores, vulgò *Greyhouds*, item & Accipitres in Angliâ laudatiſſimos. Cætera ex miraculis naturæ colliges, ad calcem huius libri.

## §. 4. *Lingua Hibernorum.*

Proprium idioma habent Hiberni, vnum ex ſeptem minus præcipuis Europæ, quo etiam vtuntur Scoti Montani, & Sylueſtres. Vtrum autem Scoti hoc intulerint, an indidem hauſerint, nemo aſſerere poteſt.

Ex quo Angli in Hiberniam colonias immiſere plerique loquuntur Anglicè, & nobiles ferè omnes bilingues ſunt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## §. 5. *Mores Hibernorum.*

Victvs. Carniuori ſunt ferè omnes, ideóque laborant plerumque cruditate, cui malo medentur aquâ viuâ, eáque potentiſſimâ. Accumbunt in lectulis vbi edunt miro cum ſilentio. Mater numquam filium nutrit, ſed dat eum nutrici atque nutricio, qui paris ſunt apud alumnum cum patre, & matre æſtimationis. Item collactanei ſe magis diligunt quàm fratres. Cùm ægrotat alumnus ex vltimis finibus Hiberniæ Nutricius aduolabit.

*Veſtes*. Vtuntur ferè iis variegatis. Flauum colorem plurimi faciunt; vnde qui flauo ſunt capillo comam nutrire ſolent ad oſtentationem.

*Nuptiæ*. Apud eos præproperæ, virgo enim quandoque nubit anno decimo. Statim ac puer naſcitur ei nomen imponitur, ſed numquam patris, id enim ominoſum credunt. Nominibus Magnatum & nobilium præfigitur littera O.

*Artes*. Apud illos raræ, fermè enim inertes, earum loco artem furandi exercent. Cùm manè exeunt domo furta ſua Deo commendant optántque incidere in diuitem, quem ſpoliare poſſint. Quod intellige de exteris: nam inter ſe furta puniunt, & habent homunciones vili mercede conductos, qui diligenter fures inueſtigent.

*Funera*. Cùm quis morti proximus accerſuntur præficæ quæ moribundi animam retineant. Vbi animam efflauit tota domus lamentis perſtrepit, liberi, & coniux more fanaticorum vlulant. Ex bonis defuncti plus aufert, qui potentior eſt, & ſæpe patruus nepotes hæreditate fraudat.

*Bella*. Quatuor habent militum genera: primum eſt Equitum, quorum equus dum conſcenditur inclinat caput, Ephippia more Clitellarum pendent. Secundum peditum Statariorum qui iurant ſe numquam pugnam detrectaturos; eos vocant *Geleglaſſios*. Tertium leuis armaturæ, quos nominant *Karnos*. Quartum eſt Curſorum, *Daltinos* appellant. Vox militaris eſt *Pharo*, *Pharo*. Vtuntur autem fiſtulâ pro tubâ.

## §. 6. *Politia Hibernorum.*

Certvm putat Camdenus à Britannis occupatam primò Hi-

berniam, idque multis demonſtrare nititur. Certiſſimum autem præcipitante iam Rom. Imperio Scotos ſiue Scythas, vel ex Hiſpania, vel ex Germania in eam appuliſſe. Apage enim hinc Cæſaream Noëmi neptem, & Scotam filiam Pharaonis Regis Ægypti; itémque Iberum, & Hermionem Hiſpanos, vt fabulas hiſtoriis indignas.

Quinam autem Reges hîc primùm imperarint non eſt facile dicere, ob fabellas quibus Hiſtoria implicita eſt. Sed paulò ante Carolum Magnum Noruegi, ſeu Nortmanni eâ potiti ſunt, quibus exterminatis per indigenas ſucceſſere Oſtmanni qui inſulam in quatuor Regna partiti ſunt vſque ad Rothericum Regem Connaciæ, qui ſibi totius inſulæ arrogauit imperium. Sed Dermicius ab eo in Angliam eiectus viam Anglis in Hiberniam ſtrauit, à quibus reſtitutus eſt in Regnum per Comitem Penbrokiæ ſocerum ſuum. Verùm paulò pòſt Henricus II. in Hiberniam tranſiit in quem Rothericus, & ordines, annuente Hadriano Pontifice, ius Regni tranſmiſere, & exinde Reges Angliæ *Domini* Hiberniæ dicti ſunt vſque ad Henricum VIII. qui in Comitiis Hibernicis Rex declaratus eſt, quia nomen *Domini* ſeditioſis quibuſdam diſplicebat. Exinde verò inſula adminiſtrata eſt per Proregem qui antè Cuſtos, & Conſeruator Hiberniæ dicebatur. Hîc tamen perdurant aliqui Principes Hibernici exleges planè, habéntque præfectos inferioris notæ à quibus iuuantur. Viuunt in arcibus oblitis luto, & mutuis cladibus atque graſſationibus ſeſe conficiunt.

## CAPVT QVINTVM.

### *Angliæ diuiſio.*

### §. 1. *Regnum Cantij*, le Comté de Kent.

CANTVARIA: *Cantorbery*, vel *Cantorbie*, ad Fl. Sturam: *Stoure.*
Roffa: *Rocheſter* ad Fl. Meduueagum, *Meduuay.*
Douera: *Douure*, ad Fretum Gallicum, *le pas de Calais.*
Sanduicus: *Sanduuyk*, portus non incelebris.
Hide: *Hyde*, portus vnus ex portubus Thalaſſiarchæ commiſſis.
Darentus:: *Dartfort*, ſeu *Darenfort*, ad Fl. cognominem.

Gra-

Graueſenda : *Graueſend*, in peninſulâ *Ho*, inter fluuios Tameſin, & Meduueagum.

3. Inſulæ.
- *Oxney* quam efficit Fl. Rotherus, *Rother.*
- Ouium inſula : *Sheepey* quam format Fl. *Meduuay.*
- Thanatos : *Thanet* quam circumluit Stura Fl. *la Stoure.*

## §. 2. *Regnum Suſſexiæ.*

SVRRIA *Comté de Surrey, ou Sutrey.*
- RICHMONDIA : *Richemonde*, ad Tameſin Fl.
- *Nonſuch*, ſeu *None-ſuch*, quaſi nulli ſecundum, Palatium Regis.
- *Voodcote* nemus, de quo ſæpe in Anglicâ Hiſtoriâ.
- Cradina: *Croydon*, Palatium Archiepiſ. Cantuarienſis.
- Filicetum : *Farnham*, vbi olim Dani ab Alfredo Rege fugati.

SVSSEXIA propriè dicta, *le Comté de Suſſex.*
- CICESTRIA : *Chicheſter*, Saxonicè *Ciſſaceanſter* à Rege Ciſſâ.
- Inſ. Vitulorum Marinorum, *Selſey*, vbi vrbis magnæ cadauer.
- Aruntina : *Arondel*, ad Fl. Aruntem, *Arun.*
- Cimeni portus : *Storeham*, olim *Cimenshore.*
- Leſua : *Leuues*, à paſcuis dicta, celebris ex prælio.
- Peuēſea: *Pemſey*, ad quā appulit Guilielmus Neuſtrius.
- Haſtinga : *Haſtings*, à celeritate ſic dicta, quoniam hîc diligentiſſimè Guilielmus caſtrum excitauit.
- Ripa : *Rhie*, ad oſtia Rotheri, *Rother.*

## §. 3. *Regnum Eſſexiæ.*

ESSEXIÆ Comit. *d'Eſſex.*
- COLCESTRIA : *Colceſtre* ad Fl. *Colne*, quibuſdam S. Helenæ patria.
- Malodunum : *Maldon*, vrbs ampla fuiſſe videtur.
- Valdenum : *Valden*, ſeu *Safron-Valden* à croco.
- Hareuichum : *Hareuich* ad oſtium Fl. *Sturi.*
- Coggeacum : *Coggeac* ad Fl. *Froshuuel*, aliter *Blakuater*, ſeu Aqua nigra.
- Chelmerus: *Chelmford*, & *Chensford*, ad Fl. *Chelmer.*
- Berecinga : *Berching*, ad Fl. *Rhodon.*

# BRITANNICI REGNI DIVISIO GENERALIS.

- **REGNUM ANGLIÆ.**
  - ANGLIA VERA antea LOEGRIA vbi regna
    - CANTII, *le Royaume de Kent.*
    - SUSSEXIÆ, *des Saxons Meridionaux.*
    - NORTHUMBRIÆ, *de Northumbeland, ou des Anglois Septentrionaux.*
    - VESTSEXIÆ, *des Saxons Occidentaux.*
    - ESSEXIÆ, *des Saxons Orientaux.*
    - EASTANGLIÆ, *des Anglois Orientaux.*
    - MERCIÆ, *des Merciës, ou Anglois Mediterranées.*
  - VALLIA antea CAMBRIA.
    - BOREALIS, *Nortvalles.*
    - AUSTRALIS, *Sudvalles.*
- **REGNUM SCOTIÆ.**
  - SCOTIA.
    - CISTAANA, *au deçà du Tay, ou Meridionale.*
    - TRANSTAANA, *au delà du Tay, ou Septentrionale.*
  - INSULÆ.
    - OCCIDENTALES { *les Hybrides.*
    - SEPTENTRIONALES { *les Iſles d'Orkneye de Schetland.*
- **REGNUM HIBERNIÆ ſeu DOMINIUM.**
  - MOMONIA, *Mounſter.*
  - LAGENIA, *Leinſter.*
  - Vnde decerpta MEDIA *Meath* quinta pars dicta.
  - VLTONIA, *Vlſter.*
  - CONNACIA *Connaugth.*
- **MARIA quibus hæ Inſulæ alluuntur.**
  - A Septentrione DEUCALEDONIUM, *The-Deucalidon.*
  - Ab Oriente GERMANICUM, *la Mer d'Alemagne.*
  - A Meridie BRITANNICUM, *la Manche.*
  - Ab Occidente
    - VERGINIUM, *le Canal de S. George, ſeu de Fariſi.*
    - OCCIDENTALE, *la Mer du Ponant.*

| | |
|---|---|
| MIDDE-SEXIÆ Comit. *Middeſex.* | LONDINVM : *Londres*, primaria totius regni vrbs ampliſſima, & cultiſſima.<br>Veſtmonaſterium : *Vveſtminſter*, Abbatia S. Petri ditiſſima.<br>Stana : *Stanes*, vbi ponte ſublicio iungitur Tameſis.<br>Haptoncurtium : *Haptoncourt*, à Volſæo Cardinali excitatum palatium planè Regium. |

## §. 4. *Regnum Eaſtangliæ.*

| | |
|---|---|
| SVF-FOLCIA *Comté de Suffolk.* | GIPPEVICVM : *Ipſuuik* ad Fl. *Gipping*, ſeu *Oruuel.*<br>Vulpetum : *Vulpet*, ad Fl. *Gipping.*<br>Clara : *Clare*, ad Fl. Sturam, *Stoure.*<br>Fanum S. Edmundi : *Edmund-Bury*, à S. Edmundo Martyre à Danis cæſo.<br>Orefordia : *Orford*, ad oſtium Fl. Ori.<br>Dunmocha : *Dunuich*, olim vrbs Epiſcopalis. |
| NOR-FOLCIA *Comté de Nortfolk.* | NORVICVM : *Noruik*, ad Fl. Garienem, *Yer.*<br>Linū Regiū: *King-linne*; cui adiacet Linum Epiſcopi.<br>Caſtera : *Caſter*, magnæ vrbis reliquiæ.<br>Garmuthum : *Yermouth* ad Fl. *Yer*, vrbs munitiſſima.<br>Theofordia, ſeu Vadum Theti : *Thet-fort*, olim Epiſcopalis à Danis diruta. |
| CAN-TABRI-GIA *Comté de Cābridge.* | CANTABRIGIA : Cambridge ad Fl. Camum, ſeu Grontem, *Grant.*<br>Elia : *Ely*, ad Fl. *Grant*, in inſulâ cognomine.<br>Viſlikum : *Viſlik*, in aliâ inſulâ perferaci.<br>*Thegreat-Fens*, campi hodie inundati dicuntur. Fluuij Camus *Grant*, Vſa *Ouſe*, Cænus *Cain*, à quibus extitit illa inundatio an. 1619. & 1620. |

## §. 5. *Regnum Merciæ, ſeu Mediterraneorum Anglorum.*

| | |
|---|---|
| HON-TING-DONIA *Honting-ton.* | HONTINGDONIA : *Hontington*, ad Fl. Vſam, *Ouſe.*<br>Fanum S. Yuonis : *S. Yues*, antea *Slepe*, à S. Yuone Perſâ Epiſcopo.<br>Fanum S. Neothi : *S. Neot*, aut *S. Needes*, qui indigenas ad fidem excoluit. |




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**MIDDESEXIÆ Comit.** *Middeſex.*

- LONDINVM: *Londres*, primaria totius regni vrbs ampliſſima, & cultiſſima.
- Veſtmonaſterium: *Vveſtminſter*, Abbatia S. Petri ditiſſima.
- Stana: *Stanes*, vbi ponte ſublicio iungitur Tameſis.
- Haptoncurtium: *Haptoncourt*, à Volſæo Cardinali excitatum palatium planè Regium.

## §. 4. *Regnum Eaſtangliæ.*

**SVFFOLCIA** *Comté de Suffolk.*

- GIPPEVICVM: *Ipſuuik* ad Fl. *Gipping*, ſeu *Oruuel.*
- Vulpetum: *Vulpet*, ad Fl. *Gipping.*
- Clara: *Clare*, ad Fl. Sturam, *Stoure.*
- Fanum S. Edmundi: *Edmund-Bury*, à S. Edmundo Martyre à Danis cæſo.
- Orefordia: *Orford*, ad oſtium Fl. Ori.
- Dunmocha: *Dunuich*, olim vrbs Epiſcopalis.

**NORFOLCIA** *Comté de Nortfolk.*

- NORVICVM: *Noruik*, ad Fl. Garienem, *Yer.*
- Linũ Regiũ: *King-linne*; cui adiacet Linum Epiſcopi.
- Caſtera: *Caſter*, magnæ vrbis reliquiæ.
- Garmuthum: *Yermouth* ad Fl. *Yer*, vrbs munitiſſima.
- Theofordia, ſeu Vadum Theti: *Thet-fort*, olim Epiſcopalis à Danis diruta.

**CANTABRIGIA** *Comté de Cãbridge.*

- CANTABRIGIA: Cambridge ad Fl. Camum, ſeu Grontem, *Grant.*
- Elia: *Ely*, ad Fl. *Grant*, in inſulâ cognomine.
- Viſlikum: *Viſlik*, in aliâ inſulâ perferaci.
- *Thegreat-Fens*, campi hodie inundati dicuntur. Fluuij Camus *Grant*, Vſa *Ouſe*, Cænus *Cain*, à quibus extitit illa inundatio an. 1619. & 1620.

## §. 5. *Regnum Merciæ, ſeu Mediterraneorum Anglorum.*

**HONTINGDONIA** *Hontington.*

- HONTINGDONIA: *Hontington*, ad Fl. Vſam, *Ouſe.*
- Fanum S. Yuonis: *S. Yues*, antea *Slepe*, à S. Yuone Perſâ Epiſcopo.
- Fanum S. Neothi: *S. Neot*, aut *S. Needes*, qui indigenas ad fidem excoluit.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

| | |
|---|---|
| BED-FOR-DIA *Bedfort.* | BEDFORDIA : *Bedford*, ad Fl. Vſam, celebris victoriâ Merciorum in Britannos.<br>Duniſtabulum : *Dunſtable*, Caſtrum ad latrones compeſcendos, quorum præcipuus Dunus. |
| HERT-FOR-DIA *Hertfort.* | HERVDFORDIA, & Hertfordia : *Hertfort*, ſeu *Hartford*, ad Fl. Læam.<br>Fanum Sancti Albani : *S. Albans*, Abbatia celebris. |
| BVKIN-GAMIA *Bukingam.* | BVKINGAMIA : *Bukingam*, ad Fl. Vſam, ſeu Iſim, alterum.<br>Colebrocia : *Colbroke*, ad Fl. *Colne.*<br>Ægleſburgus : *Ailesbury*, ad Fl. Tamam. |
| OXEN-FOR-DIA *Oxford.* | OXONIVM : *Oxford*, ad Conflu. Cherueli & Iſis, ſeu Vſæ.<br>Dorcinia, ſeu Dorceſtria : *Dorceſter*, ad Fl. Tamam.<br>Baranbynga : *Bambyri*, ad Fl. Cheruelum*, *Keruell.* |
| NORT-HAN-TONIA *Northãptõ.* | NORTHANTONIA : *Northampton*, ad Fl. Anfonam, *Anfandon.*<br>Petriburgus, ſeu Petropolis : *Peterburg*, ad Fl. *Nen.*<br>Burgleia : *Burgley*, ad Fl. Vellandum, *Vveolod.* |
| ROTE-LAN-DIA *Rutland.* | OCHAMVM : *Okam*, ad Fl. *Vvash*, ſeu *Guuaſt.*<br>Vppinghamum: *Vppingham*, quibuſdam primaria Comitatus. |
| LICES-TRIA *Comté de Leiceſter.* | LEGECESTRIA, ſeu Leogora : *Leiceſter*, ad Fl. Soarum, *Sorell.*<br>Lutteruortiũ: *Lutteruuorth*, cuius Parochus Vicleffus.<br>Liegenburgus : *Loughborrouu*, ad Fl. Soarum. |
| VARVI-CENSIS Com. vel pagus, *le Comté ou pays de Vvaruik.* | VARVICVM : *Vvaruik*, ad Fl. Auonem, *Auon.*<br>Couentria : *Couentré*, à Conuentu Cœnobitarum.<br>Rugbium : *Rugby*, vrbecula diues.<br>Suttonium : *Sutton-Colſiel*, Patria Io. Volſey. |

**GLOCESTRIA** *Comté de Gloceſtre.*
- GLOVERNIA, ſeu GLOCESTRIA: *Glocester*, ad Sabrinam, *Sauuern*.
- Sylua Danica: *la Foreſt de Deane*.
- Circeſtria: *Circeſter*, ad Fl. Corinum, *Churne*.
- Theoci Curia: *Teukesbury*, ad Confl. Auonæ & Sabrinæ.

**HEREFORDIA** *Hereford.*
- HEREFORDIA: *Hereford*, ad Fl. Vagam *Vvy*, vel *Guuy*.
- Leonis Monaſterium: *Lemſter*, ad Fl. Logum, *Lug*.

**VIGORNIA** *Comté de Vorceſtre.*
- VIGORNIA: *Vorceſter*, ad Fl. Sabrinam.
- Belli-locus: *Beauudley*, in Sylua Viriana, *Vvyre*.
- Druituichum: *Droituuich*, ad Fl. Saluarpum, *Saluarp*. prope ſyluam *Ferkenham*, vbi tres fontes ſalſi.

**STAFFORDIA** *Comté de Stafford.*
- STAFFORDIA: *Stafford*, ad Fl. Souum, *Souu*.
- Lichefeldia: *Lichfiel*, hoc eſt cadauerum campus, SS. videlicet, qui hîc ſepulti.
- Tamauordina: *Tameuuorth*, ad Fl. Tamam.

**SALOPIA** *Comté de Shreuusbury.*
- SALOPIA: *Shreuusbury*, ad Sabrinum Fl.
- Crux Oſuualdi: *Oſueſtre*, vel *Oſualdſtre*.
- Morſi-Burgus: *Brignorth*, ſeu *Brig-morſe*, ad Sabrinam.
- Dinanum: *Ludlouu*, ad Fl. Temdum, *Teſidiauc*.

**CESTRIA** *Comté de Cheſter.*
- CESTRIA: *Cheſter*, inter æſtuaria duo *Moſée*, & *Dée*.
- Nortuicum, ſeu ſalina nigra: *Nortuik*, ad Fl. *Vener*.
- Midleuikum: *Midleuik*, ad Fl. *Vener*.
- Nantuicum, ſeu Salalbanus ad Fl. *Vener*: *Nantuik*.
- Congletonium: *Congleton*, ad Fl. Danum, *Dan*.

**DARBIA** *Comté de Darby.*
- DARBIA: *Darby*, ad Fl. Deruentrionem, *Deruent*.
- Buxtona: *Bakeuell*, ad Fl. *Vvie*, iuxta quam aquæ calidæ à quibus nomen habet.

**NOTTINGAMIA** *Nottingam.*
- NOTTINGAMIA: *Nottingam* ad *Trentam* Fl.
- Litleboruuium: *Littlebrough* ad Trentam.
- Vorkenſopia: *Vvorkſop*, ad Fl. Idelam, *Idle*.

**LIN-** LINDISIA
- LINDECOLLINVM: *Lincolne*, ad Fl. Vithamem *Vitham*.
- Geneſboruuia: *Genesborouu*, ad Trentam.

- **COLNIA** *le Comté de Lincolne.*
  - *le pays de Lindſey.*
    - Grimiburgus : *Grimsby.*
    - Thongum : *Caſter*, ſeu *Tong-Caſter.*
    - Salsfletum : *Salsflet*, ad principium æſtuarij Abi, vulgò *Vmber.*
  - CHESTEVENA *le pays de Keſteuen.*
    - Stanfordia : *Stanford*, ad Fluuium Vellandum.
    - Burna : *Burne*, vbi inauguratus eſt Rex Edmundus.
  - HOLLANDIA, ſeu HOILANDIA, *le pays d'Hollande, ou d'Hoilland.*
    - SVPERIOR
      - Fanum S. Bartolphi : *S. Boſton* ad aliud Vithamæ oſtium.
    - INFERIOR
      - Croulandia: *Crouland*, hoc eſt terra cruda.
      - Spaldinga : *Spalding*, vbi olim multi riuuli; eò vſque labes anni 1619. ferè pertinuit.

## §. 6. *Regnum Nortumbriæ, ſeu Nortumberlandiæ, ſeu Anglorum Septentrionalium.*

- **EBORACENSIS COMITATVS**
  - PARS OCCIDENTALIS *Vveſt-Riding.*
    - EBORACVM : *Yorch*, ad Fl. Vrum *Ouſe.*
    - Sacri capilli : *Halifax*, ad Fl. *Calder.*
    - Fanum S. Albani : *Almond-Bury.*
    - Danocaſtria : *Dancaſter*, ad Fl. Danum, *Dan.*
    - Otlea : *Otley*, ad Fl. Verſum, *Verſ.*
    - Huriponium : *Rippon*, ad Fl. Vrum.
    - Gnareſburgum : *Gnarsborrouu*, ad Fl. Nidum, *Nid.*
  - PARS ORIENT. *Eaſt-Riding.*
    - Kintonium ad Hullum: *Hull*, ad Fl. *Hull.*
    - Petrouina: *Patrington*, ad Abum æſtuarium.
    - Beuerlicum : *Beuerlik*, vbi Aſylum.
    - Headonia : *Headon*, portus nunc obductus:
  - PARS BOREA-
    - CLIVELANDIA *le pays de Cliuelãd ou Blakamoye.*
      - Scarburgum: *Scarborough*, ad quod pelamidum piſcatio.
      - Sin° Phari: *Vuitby*, vel Streaneshale.
      - Giſburgum: *Gisbourg*, Monaſterium.
      - Picqueringa: *Piquering*, Ducis Lancaſtrenſis patrimonium.

TATVS




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

- **COLNIA** *le Comté de Lincolne.*
  - *le pays de Lindſey.*
    - Grimiburgus : *Grimsby.*
    - Thongum : *Caſter*, ſeu *Tong-Caſter.*
    - Salsfletum : *Salsflet*, ad principium æſtuarij Abi, vulgò *Vmber.*
  - CHESTEVENA *le pays de Keſteuen.*
    - Stanfordia : *Stanford*, ad Fluuium Vellandum.
    - Burna : *Burne*, vbi inauguratus eſt Rex Edmundus.
  - HOLLANDIA, ſeu HOILANDIA, *le pays d'Hollande, ou d'Hoilland.*
    - SVPERIOR
      - Fanum S. Bartolphi : *S. Boſton* ad aliud Vithamæ oſtium.
    - INFERIOR
      - Croulandia: *Crouland*, hoc eſt terra cruda.
      - Spaldinga : *Spalding*, vbi olim multi riuuli; eò vſque labes anni 1619. ferè pertinuit.

## §. 6. *Regnum Nortumbriæ, ſeu Nortumberlandiæ, ſeu Anglorum Septentrionalium.*

- **EBORACENSIS COMITATVS**
  - PARS OCCIDENTALIS *Vveſt-Riding.*
    - EBORACVM : *Yorck*, ad Fl. Vrum *Ouſe.*
    - Sacri capilli : *Halifax*, ad Fl. *Calder.*
    - Fanum S. Albani : *Almond-Bury.*
    - Danocaſtria : *Dancaſter*, ad Fl. Danum, *Dan.*
    - Otlea : *Otley*, ad Fl. Verſum, *Verſ.*
    - Huriponium : *Rippon*, ad Fl. Vrum.
    - Gnareſburgum : *Gnarsborrouu*, ad Fl. Nidum, *Nid.*
  - PARS ORIENT. *Eaſt-Riding.*
    - Kintonium ad Hullum: *Hull*, ad Fl. *Hull.*
    - Petrouina: *Patrington*, ad Abum æſtuarium.
    - Beuerlicum : *Beuerlik*, vbi Aſylum.
    - Headonia : *Headon*, portus nunc obductus.
  - PARS BOREA-
    - CLIVELANDIA *le pays de Cliuelãd ou Blakamoye.*
      - Scarburgum: *Scarborough*, ad quod pelamidum piſcatio.
      - Sin⁹ Phari: *Vuitby*, vel Streaneshale.
      - Giſburgum: *Giſbourg*, Monaſterium.
      - Picqueringa: *Piquering*, Ducis Lancaſtrenſis patrimonium.

TATVS

- TA-TVS, *le Comté d'Yorch.*
  - LIS, *Nort-Riding.*
    - NORTAL-VERTONIA, *Nortaluerton.*
      - Nortaluertonia : *Nortaluerton*, ad Fl. *Viſch.*
      - Truskum : *Trusk*, ad Fl. cognominem.
    - RICHEMONDIÆ Comitatus, *le Comté de Richemonde.*
      - RICHEMONDIA : *Richemond*, ad Fl. *Suuall.*
      - Gethlinga: *Gethling*, Monaſteriũ.
      - Catarracta : *Catarricke*, ad Suuallium Fl.
      - Mildehamũ: *Mildeham*, ad Vrũ Fl.
      - Mashamum : *Masham*, ad Vrum, Baronum ſedes, iuxta quod Iorlanenſe Monaſterium *Iernis*, quod vetuſtate concidit.

- LANCLASTRIA Comitatus Palatinus, *le pays, ou Comté de Lanclaſtre.*
  - LANCLASTRIA : *Lanclaſtre*, ad Fl. *Lone.*
  - Kocaria : *Kokerſant*, Abbatia inter Fl. Kokarum, & Lonam.
  - Grencaldi caſtrum : *Grenehault*, ad Fl. Viram *Vvyre.*
  - Preſtonium : *Preſton en Anderneſſe*, ad Fl. *Ribel.*
  - Wibigginum : *Vviggin*, ad Fl. Dugleſſum.
  - Liſerpalus : *Lyrpoole*, ad Fl. Merſeium *Merſey.*
  - Varringtonium : *Varington*, ad Fl. *Merſey.*
  - Mancunium : *Mancheſter*, ad Confl. *Irucli*, & *Irki.*
  - FVRNESSA Regio *Fourneſſe ou Foreland*
    - *Vinander-mer*, lacus.
    - Inſula, *Valney.*
    - *Pil-of-Fouldrey*, munitio ad tutelam huius oræ.

- CVMBERLANDIA, ſeu CVMBRIA, *Cumberland.*
  - CARLEOLVM : *Carlile*, inter æſtuarium Itunæ *Eden*, & Fluuios Peretillum & Caudam.
  - Ierbeia : *Ierby*, ad Fl. Olenum *Elne.*
  - Cokarmutium : *Cokarmouth*, ad Confl. Cokari, & Deruentionis *Dertuuent.*
  - Egremontium : *Egremont*, caſtrum celebre.

- VESMARIA, *Comté de Veſtmorlãd.*
  - ABALLABA : *Apallaba*, ad Fl. Itunam *Eden*, pagus tantùm.
  - Fanum S. Stephani: *Kyrby-ſteuen*, ad Fl. Itunam.
  - Candalia : *Kyrkeby Candale*, ad Canum Fl. *Kan.*

Dd

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

**DVNELMENSIS EPISCOPATVS,** *l'Eueſché de Durham, ou Dunelme.*

- DVNELVM ſeu DVNELMA: *Durham*, ad Fl. Vedrum *Vvere.*
- Giruium: *Iarouu*, patria Bedæ Venerabilis.
- Auklandia: *Aukland*, ad Confl. *Vvere*, & *Gaunleſſe.*
- Harlepolis: *Harlepol.*
- Darlingtonium: *Darlington*, ad Fl. *Sken.*
- Egleſtonium: *Egleſton*, vicus.
- Caſtrum Bernardi: *Bernardcaſtel*, ad Fl. Teſin *Tées.*

**NORTVMBRIA, vel NORTVMBERLANDIA** *le Comté de Nortumberland.*

- NOVVM CASTRVM: *Neufchaſtel*, ad Tinam Auſtralem Fl. *Southine.*
- Morpitum: *Mortpeth*, ad Fl. *Ventbek.*
- Alneuicum: *Annuik*, ad Fl. Alaunum *Alne.*
- Beruicus: *Beruik*, ad oſtium Tuedæ Fl. limes Scotiæ.
- Axelodunum: *Hexham*, ad Confl. *Southine*, & *Northine.*
- Fanum S. Olualdi: *S. Oſualdes*, ante Silceſterium in Muro, ad Fl. *Northine*, Tinam Borealem.
- INSVLÆ.
  - Lindisfarnia: *Holy-Iſland*, Inſula ſacra.
  - Farnia: *Farne.*
  - Coquedi Inſula, *Coket*, oppoſita Fl. Coquedo.

## §. 7. *Regnum Veſſexiæ, ſeu Saxonum Occidentalium.*

**SVTHAMPTONIA** *Comté de Souptampton.*

- VINTONIA: *Vinceſter*, ad Fl. Alrefordiam, ſeu Alram.
- Sileceſterium: *Silceſter*, iacet in ruderibus.
- Sutamptonia: *Sontampton*, inter Alramũ & Antum Fl.
- Chriſtopolis: *Chrisburg*, inter Fl. Auenam, & Sturam.
- Portus oſtium: *Portſmouth*, in Inſ. *Portſey.*
- VECTIS *Vvigth.*
  - Nouus portus ante Medena: *Neuuport.*
  - Fretum *Soluent*, Inſulã à continẽti dirimit.

**BERCHERIA** *le Comté de Bark.*

- ABINDONIA, vel Abendona: *Abingthon*, ad Confl. Fl. Occhæ: *Ocke*, & Tameſis.
- Vanatinga: *Vantage.*
- Valengafordia: *Vvallingford.*
- Readingum: *Redding*, ad Conf. Cunetionis, *Kennet*, & Tameſis.
- Vynleſora: *Vindſor*, palatium magnificum ab Eduardo III. excitatum, vbi & Ordo Periſcelidis *de la Iartiere*, duxit initium.

VILTONIA *le Comté de Vvil, ou de Vilton.*

- SARVM, ſeu Sariſburia: *Salesbury, ou Sarisbury*, ad Confl. Auennæ *Auen*, & Nidderi *Nidder*.
- Viltonia: *Vilton*, ad Fl. Alanum, vel Ellanum.
- Ambroſij vicus: *Amesbury*, ad Fl. Auenam, ab Ambroſio Aureliano.
- Margaberga: *Marlegesboroun*, à Marga nomen habet quâ agri oblimantur.
- Meldunum, ſeu Mædulphi ciuitas *Malmesbury*, ferè ad fontes Fl. Auonæ.

*Sequentes quatuor Comitatus habes in ſequenti Valliæ Tabula, quatenus attinet ad Geographicam deſcriptionem.*

DORCETIA *le Comté de Dorceſter.*

- DVNOVARIA, ſeu Dorceſtria: *Dorceſter*, ad Fluuium Varum *Frome*.
- Lyma: *Lyme*, in colle prærupto, ad cuius pedem nauium ſtatio.
- Byrportus: *Burdport*, vnde rudentes claſſis Anglicæ curantur.
- Portlandia: *Portland*, Peninſula, olim Inſula.
- Vimutium: *Veimouth*, portus commodus caſtro munitus.
- Theuarea: *Varham*, ad oſtium *Frome* Fl.
- Stagnum: *Paole*, vrbecula, & peninſula.
- Vinbuura: *Vinbam-minſter*, ad Fl. Sturum, vbi ſepultus Rex Ethelredus à Danis cæſus.
- Blandofortia: *Blandefort*, ad Sturum Fl.
- Midletonium: *Midleton*, Abbatia nunc ferè diruta.
- Fons Clarus: *Shirburne*, vel *Sherborne*, oppidum lanificio diues.

SOMERSETIA

- BATHONIA: *Bathe*, ad Confl. *Frome*, & Auonæ fluminum à Saxonibus, *Almancheſter*, quaſi vrbs ægrorũ.
- Briſtolia: *Briſtol*, ad Fl. *Auonam*, vrbs celeberrima.
- Glaſconium: *Glaſſenbury*, Monaſterium in inſula Glaſconia *Glaſtney*, à Ioſepho Arimathea excitatum, vt piè creditur.
- Theodorunum, ſeu Fontanenſis Eccleſia: *Veltz*.
- Brigeuatera: *Briguater*, ad Fl. Pedredum, Comites eius celebres.

*Comté de Somerſet*, Some-ſertēſis, vel So-mertu-nenſis.

Langoportus : *Langport*, ad Fl. Pedredum, nundinis famoſa.
Brintonium : *Brinton*, ad Fluuium Brium.
Giuelceſterius portus : *Iluceceſter*, ad Fl. Iuellam.
Miluertonium : *Miluerton*.
Veceportus : *Vvatchet*, ad Sabrinæ æſtuarium.
Duneſtorium Caſtrum : *Dunſter*, vndique collibus clauſum, niſi ad mare.

DEVONIA *le Comté de Dent, ou de Deuonſter.*

EXONIA : *Exceſter*, ad Fl. Iſcam *Ex*, olim *Monketon* à Monachis.
Exemutium : *Exmouth*, piſcatorium oppidulum.
Sidemutium : *Sidmouth*, portus arenis penè obductus.
Axa : *Axan-minſter* ad Fl. *Ax*, Monaſterium vbi Regum tumuli.
Dermutum : *Dermouth, ou Darmouth*, ad Fl. *Dert*.
Plimutum: *Plimouth*, ad Fl. Plimum, & Tamarã *Tamer*.
Modberiacum : *Modbery*, oppidulum.
Cridiantum: *Crediton*, vel *Kirtõ*, ad Fl. Credianũ *Creditõ*.
Lidſtonium : *Lidſton*, ad Fl. *Lid*.
Bedifortium: *Bedifort*, ad Fl. Turigtonium *Touuridge*.
Barnaſtapla : *Barſtaple*, cuius mænia corruerunt.
Ilfarcumba, ſeu Statio Humilis : *Ilfarcomb*, ſtatio nauium ſatis tuta.
Cimliga: *Chimlith*, ad Fl. Tauum *Tauu*, oppidulũ diues.
Teuertonium, ſeu duplex Vadum : *Teuerton*, ad Fl. *Ex*.
Lunda inſula : *Lundy*, è regione Freti *Barſtable*.

CORNVBIA *le pays de Cornuaille*,

VXELLA : *Liſtuuithiel*, ſeu *Leſtuthiell*, colli affixa.
Fanum S. Stephani : *Launſton*, quaſi *Lanſtuphadon*.
Faua, ſeu Foathum : *Foye*, aut *Fouuy*, ad Fl. Fauã *Fauuey*.
Tregaya : *Tregaye*, ad Fl. *Valle*.
Volemuthum : *Phalmouth*, portus duobus caſtris munitus, & capaciſſimus.
Penſancia : *Penſans*, iuxta quam lapis *Maïnamber*.
Fanum S. Columbani : *S. Colombe*, à S. Eremitâ Scoto.
Paſtouia : *Padſtouu*, ad Fl. Alanum *Alain*.
Trukouium : *Truko*, duobus riuulis cinctum.
Boſuena, ſeu Bodminia : *Bodman*, olim Epiſcopalis.

| | |
|---|---|
| *ou le Comté de Keruan.* | Grandepontium: *Granpont*, caput Rosselandiæ.<br>Lethoſtouia Inſula: *The-gulphe*, ſeu *Leſthoſtouu*, apparens tantùm æſtu recedente, aliàs aquis obruta. |

## CAPVT SEXTVM.

### *Valliæ diuiſio.*

### §. 1. *Diuiſio ante annum Chriſti 870.*

Venedotia: *Guyneth*, continens *Angleſey*, & partem Borealem.
Povisia: *Pouuys*, medium Regionis occupat.
Dehenbartia: *Dehenbart*, verſus Occidentem, ad Cherſoneſum procurrit.
Rinvcia: *Reinuc*, infra Vagam Fl. iacet.
Sillvria: *Sylluc*, ad æſtuarium Sabrinæ extenditur.
Morganvcia: *Morganuc*, occupat Comitatum *Glamorgan*.

### §. 2. *Diuiſio Roderici cog. Magni.*

| | |
|---|---|
| VENEDOTIA *in 3. partes.* | Monam: *Angleſey.*<br>Marvoniam: *Caer-varnon.*<br>Meridniam: *Merioneth.* |
| POVISIA *in tres Pouiſias.* | Vadociam: *Vadoc.*<br>Interamnensem, inter Vogam & Sabrinam.<br>Venvidiam. |
| DEHENBARTIA *in quinque Regiones diſtributa.* | Cireticam: *Cardigham.*<br>Demetiam: vbi hodie *le Comté de Penbrok.*<br>Maridvnensem Pagum: *Caermarden.*<br>Morganvelam: *le Glamorgan.*<br>Gventiam: *Guent*, vbi hodie *Moumonth*, & *Breнok*; Comitatus. |

### §. 3. *Diuiſio ab Anglis facta ſub Henrico Octauo.*

Nvm. 1. *Vallia Borealis*, Nort-Walles.

FLIN- Fanvm S. Asaphi: *S. Aſaph*, ad Cōfl. *Eluuy*, & Cluydæ.

| | |
|---|---|
| TEN-SIS | Halyuuelum, ſeu fons ſacer : *Halyuuel*, vbi S. Venefrida cæſa eſt. |
| *le Comté* | Flintum Caſtrum : *Fleint*, ad æſtuarium Deam. |
| *de Fleint.* | Ruthlanum : *Ruthlan*, ad oſtium Cluydæ Fl. |
| DENBI-GENSIS | DENBIGHIA : *Denbigh*, in Roſſiâ, patria Humfredi Luydi. |
| *le Comté de* | Ruthunia : *Ruthin*, in valle Cluydâ. |
| *Denbigh.* | Writeshamium : *Vvrexham*, municipium. |
| SNAVDO-NIA, ſeu | ARVONIA : *Caeruarnon*, ad Fl. *Seiont.* |
| | Bangoria : *Bangor*, ſeu *Banchor*, ad Fretum *Menay.* |
| ARVONIA | Couonij oſtium : *Aber-Conuey*, ad Fl. Couonium. |
| *le Comté de* | Canganum Pro. *la pointe de Lhein.* |
| *Caeruarnon.* | Niuoſi Montes : *Snouudon*, Britannicè *Craig-Eriry.* |
| | BELLOMARISCVS : *Beaumaris*, ab Eduardo I. condita. |
| MONA | Nouus Burgus : *Neuufbruge*, aliàs *Roſſar*, ad Fl. *Brant.* |
| | Aberfrauia : *Aber-frauu*, olim Nortuallíæ Regia. |
| | Promontorium ſacrum : *la pointe d'Holy.* |
| *Angle-ſey.* | Menay Fretum, vel Fluuius : *le Menay*. M. circiter Paſ. |
| | INSVLÆ: Phocarum : *l'Iſle des veaux marins.* |
| | Sacerdotum : *Preſiholme.* |
| MER-VINIA | COLVNIVM, ſeu Harlechum : *Harlech*, ad æſtuarium Maius *Thuuith Maur.* |
| *le Comté* | Dolegetla : *Dolegetle*, ad Fl. *Auon.* |
| *de Merio-neth.* | Aberdeuium : *Aberdify*, ad Fl. Deuum, *Deuy*, vel *Douuy.* |
| | Bala, ad lacum *Tegidnem.* |
| MON-GOME RICIA | MONS GOMERICI : *Mont-Gomery*, ad Montem Coronam *Crondon.* |
| | Maglona : *Machleneth*, ad Fl. *Deuum.* |
| *le Comté* | Trellinum : *Vvelchpoole*, ſeu *Trellin* Britannis. |
| *de Mont-gomery.* | Matrafallia : *Matrafal*, ad Fl. *Murmy.* |
| | Fanum Vetlini : *Lan-Vetlhin*, ad Fl. *Tanat.* |
| | *Mons Plinlimon*, editiſſimus vnde Sabrina fluit. |

NVM. 2. *Vallia Meridionalis*, South-Walles.

| | |
|---|---|
| CERE- | CERETICA : *Cardigan*, ad Fl. Tiuium *Tiuy*, olim Tuberouius. |



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

| | |
|---|---|
| TENSIS *le Comté de Fleint.* | Halyuuelum, ſeu fons ſacer: *Halyuuel*, vbi S. Venefrida cæſa eſt.<br>Flintum Caſtrum: *Fleint*, ad æſtuarium Deam.<br>Ruthlanum: *Ruthlan*, ad oſtium Cluydæ Fl. |
| DENBIGENSIS *le Comté de Denbigh.* | DENBIGHIA: *Denbigh*, in Roſſiâ, patria Humfredi Luydi.<br>Ruthunia: *Ruthin*, in valle Cluydâ.<br>Writeshamium: *Vvrexham*, municipium. |
| SNAVDONIA, ſeu ARVONIA *le Comté de Caernarnon.* | ARVONIA: *Caeruarnon*, ad Fl. *Seiont*.<br>Bangoria: *Bangor*, ſeu *Banchor*, ad Fretum *Menay*.<br>Couonij oſtium: *Aber-Conuey*, ad Fl. Couonium.<br>Canganum Pro. *la pointe de Lhein*.<br>Niuoſi Montes: *Snouudon*, Britannicè *Craig-Eriry*. |
| MONA *Anglesey.* | BELLOMARISCVS: *Beaumaris*, ab Eduardo I. condita.<br>Nouus Burgus: *Neuufbruge*, aliàs *Roſſar*, ad Fl. *Brant*.<br>Aberfrauia: *Aber-frauu*, olim Nortuallliæ Regia.<br>Promontorium ſacrum: *la pointe d'Holy*.<br>Menay Fretum, vel Fluuius: *le Menay*. M. circiter Paſ.<br>INSVLÆ: Phocarum: *l'Iſle des veaux marins*.<br>Sacerdotum: *Preſiholme*. |
| MERVINIA *le Comté de Merioneth.* | COLVNIVM, ſeu Harlechum: *Harlech*, ad æſtuarium Maius *Thuuith Maur*.<br>Dolegetla: *Dolegetle*, ad Fl. *Auon*.<br>Aberdeuium: *Aberdify*, ad Fl. Deuum, *Deuy*, vel *Douuy*.<br>Bala, ad lacum *Tegidnem*. |
| MONGOMERICIA *le Comté de Mont-gomery.* | MONS GOMERICI: *Mont-Gomery*, ad Montem Coronam *Crondon*.<br>Maglona: *Machleneth*, ad Fl. *Deuum*.<br>Trellinum: *Vvelchpoole*, ſeu *Trellin* Britannis.<br>Matrafallia: *Matrafal*, ad Fl. *Murmy*.<br>Fanum Vetlini: *Lan-Vetlhin*, ad Fl. *Tanat*.<br>*Mons Plinlimon*, editiſſimus vnde Sabrina fluit. |

NVM. 2. *Vallia Meridionalis*, South-Walles.

| | |
|---|---|
| CERE- | CERETICA: *Cardigan*, ad Fl. Tiuium *Tiuy*, olim Tuberouius. |

| | |
|---|---|
| TICA<br>*le Comté de Cardigan.* | Fanum Paterni Magni : *Lan-pater-vaur.*<br>Landeuibreuium : *Landuibreuy.*<br>Tregaronium : *Tregaron*, ad Fl. *Truy* & *Brening.*<br>Aberyſtyuium : *Aberyſtyuith*, ad Fl. *Yſtyuith.* |
| RADNORIA<br>*le Cõté de Radnor.* | RADNORIA : *Radnor*, Britannis *Maiſeueth.*<br>Preſtana, ſeu Fanũ S. Andreæ : *Preſtine*, ſeu *Lan-André.*<br>Trebuclouium : *Trebuclo*, imminens Foſſæ Offæ *Claud-Offa*, de qua egimus cap. 2. §. 5. |
| BRICHINIA<br>*le Cõté de Brechnoc.* | BRECHINIA : *Breknok*, ad Confl. *Hodnei*, & *Oſcæ.*<br>Cathedra Arturij, Montes : *Cadier Artur.*<br>Montes Nigri : *Canterbochan.*<br>Bulleum : *Buelth*, ad Vogam *Vvye.*<br>Haya : *Hay*, aliter *Trekorthle*, ad Vogam Fl. |
| MORGANVCIA<br>*le Comté de Glamorgan.* | CARDIFFA : *Cardiffe*, ad Fl. Taffum *Taff*, olim Ratoſtibiꝰ.<br>Fanum ad Taffum : *Landaff*, Epiſcopalis ad eundem Fl.<br>Oſtium Auonis : *Aber-auon*, municipium.<br>Bouium : *Couudbrige*, à Bobus nomen habet.<br>Marganum : *Margan*, olim Cœnobium nobiliſſimum.<br>Nidum : *Neathe*, ad Fl. cognominem.<br>INSVLÆ { Sullyargus : *Sully*, verſus Orientem. / Baruchus : *Barry*, in Occidẽtẽ, à S. Eremita dicta. }<br>GOVERA regiuncula, *Gouuer.* { Orientalis, vbi *Suueinſey*, vrbecula. / Occidentalis, vbi Pro. *Vormes-head.* } |
| MARIDVNENSIS Comitatus,<br>*le Comté de Caermarden.* | MARIDVNVM, ſeu Meridunum : *Caermarden*, ad Tobium *Touuy.*<br>Kiduelia : *Kiduuely*, ad Fluuiolum *Vendraheth-Vehan.*<br>Domus alba ad Taffum : *Tuuy Guuin-ar-Taff.*<br>Vitelandia : *Vviteland*, Monaſterium celeberrimum. |
| PENBROCHIENSIS Comitatus, | PENBROCHIVM : *Penbrock*, in Sinu *Milford* percapaci.<br>Hulfordium : *Harfort-Veſt*, ad Occid. Gledauium *Gledauu.*<br>MENEVIA Cherſoneſus, cuius extremum Pro. *la pointe de S. Dauids.*<br>Meneuia vrbs : *S. Dauids*, ſeu *Dauids Mynſter*, olim Archiepiſcopalis. |

Aber-

| | |
|---|---|
| *le Comté de Pen-brok.* | Aberuaïnum : *Fiſſard*, ad Fl. *Vaïn.*<br>Nouus portus : *Neuuport*, ſeu *Treſdraet.*<br>Tinbium : *Tinby*, cognomento piſcoſum.<br>RECIVNCVLA ROSSIA. *Roſſ.* — Inter duos Gledauios Fluuios Belgis ab Henrico I. conceſſa, aliter *Anglia Tranſuallina.* |

NVM. 3. *Appendix ad Valliam, ſeu de locis dubiæ aſſignationis.*

| | |
|---|---|
| MONVMETHENSIS Comitatus, *le Comté de Monmouth.* iuſſu Pananglij ſub Henrico VIII. à Valliâ reuulſus, & additus Angliæ. | MONVMETHIA : *Monmouth*, ad Confl. Moni *Mon*, & Vagæ *Vvye.*<br>Clepſtouium : *Clepſtouu*, nõ procul ab oſtio *Vagæ.*<br>Venta Silurum : *Caer-Vvent*, ſeu *Guent.*<br>Nouus portus : *Neuport*, ad Fl. Oſcam *Vsk.*<br>Ciuitas Legionum, *Caer-Leon*, vbi olim legio 2. olim Archiepiſcopalis.<br>Oska, ſeu Brenebegia : *Vsk*, caſtrum ad Confl. *Brithin* & *Vsk*; vrbs ei adiacens diruta fuit.<br>Abergennium : *Aber-genny*, ad Confl. Geuenni ſeu Gobanij, *Geuenny* & Oſcæ *Vsk.* |
